

nensium Lùdum qui à Magistratu & Magnatibus exerceri solet : quem calluisse pro fat magno honore habetur , quamvis quis aliam dignitatem non habeat , nec aliam Artes calleat , ut notat Purchasius nostras : nam is est ex præcipuis Ludis quos Magnates & Viri Principes affectare solent , cùm Politicam Astutiam & circumveniendi Artes præ cæteris doceat. Et quidem hujus Ludi Prototypum ex Oriente delatum accepi ab Amplissimo Viro D. Gifford ad Indos Merca-tore , qui ex Indiâ redux tum nuper fuerat Fortalitii nostri St. Georgii in Madraspatnam Gubernator dignissimus : cui pro tanto, favore maximas Gratias refero.

### *De Circumveniendi Ludo Chinensium.*

**D**E hoc Ludo primò audiemus Jesuitarum Descriptiones imperfectas & inter se discrepantes. Et posteà Chinensis mei Descriptio verior & perfectior afferetur.

De eo sic habet D. Semedo , *E ancora gravissima sorte di giuoco fra eſſi il sequente. In uno Scacchiere di trecento Case, giuocano con ducento pezzi, altri bianchi, altri neri. Con questi l'uno procura dimandar nel mezzo dello Scacchiere li pezzi dell' altro , acciò che possa signoreggiar nell' altre Case: in fine chi ha per se più Case occupate, vince il giuoco. In tal giuoco con gran gusto s'occupano gli Officiali, e spesso vi spendono buona parte del giorno; perche tra gente perita in un giuoco vi si consuma*


un' hora. Gli esperti dò questo giuoco sono stimati etiandio per questo solo titolo : e così sono spesso chiamati, e presi come Maestri d' esso con tutte se ceremonie.

Dominus Trigantius sequentem descriptionem (etiam imperfectam) in suo de Chinâ Libro habet: *Gravissimum inter eos Ludi genus est hujusmodi. In Alveo ducentarum Cellularum pluribus quam ducentis Calculis colludunt, è quibus alii candidi sunt, alii atri. His Calculis alter alterius Calculos procurat in medium Alveum relegare, ut reliquis deinde Cellularis dominetur: ad extremum, qui plures in Alveo Cellularas sibi subjecit, Victor appellatur. Hunc Ludum avidissime arripiunt Magistratus, & sèpè maximam diei partem ludendo consumunt: nam inter ludendi peritos, horam integrâ unus. Ludus tenet. Qui hucus Ludi peritus est, tametsi nullâ aliâ re insignis fuerit, ab omnibus colitur, & evocatur. Imò nonnulli etiam solitis sibi ritibus Magistros legunt, ut ab iis accurate hujus Ludi rationem ediscant.*

In Legatione Batavicâ ad Sinas, legitur, *Magnatum Ludus est, quo Tabulam excavatam, cui trecenta Ædicula ad latera sunt, cum ducentis Orbiculis albis partim & nigris, exhibent. Qui plures Ædicularas occupat, Victor est. Ipsi Magistratus integros dies huic Lusui impendunt, & qui in eo excellit, famam inde, ac estimationem apud reliquos consequitur.*

Sed missis hisce aliorum Descriptionibus, Dominus Shin Fo-fung nativus Chinensis non indoctus, tale ejus Schema pro me delineavit, Lu-  
umque descripsit seq. modis.


Hoc



Hic Ludus bellicus, (inter Sinenses & Tata-  
ros Bellum repræsentans, cujus etiam Schema  
est Campi militaris æmulum,) apud Serum Ma-  
gnates plurimùm exerceri solet Orbiculis vitreis  
numero 360, in Tabellâ (in cuius Long. & La-  
titudine sunt 18 Areolæ in se ductæ,) cujus  
Quadratura est duorum Pedum, & aliquando  
minori formâ.

Iste Ludus Sinicè vocatur *Hoy Ki*, i. e. *Circulî*  
*Ludus* seu *Circularis Ludus*; vel alijs plerum-  
que dicitur *Wei Ki*, eodem sensu: nam *Wei* est  
B b 3 Cir-

*Circum* seu *Circulus* sive *Circuitus*, &c. Intelligitur autem *Circumventio* quâ unius partis Orbiculus seu Miles vitreus à pluribus Hostibus circumventus capitur, prout in sequente Figurâ æneâ cernitur, ubi quatuor Areolarum medio Angulo situs Orbiculus à quatuor circumfusis Hostibus includitur, & hoc modo inclusus capitur. Hæcce Figura seu includendi Formula quadrata Sinicè vocatur *Tén*, i. e. *Oculus* seu *Ocellus*: & hujusmodi *Oculos* semper confidere conatur quivis Lusor Victoriae studiosus, cum hac ratione vincat.



Principio quidem dicta Tabella ad ladendum instruitur tantùm aliquot Orbiculis seu Militibus ex utrâque parte, cum Areolæ non sufficiant ut omnes simul prælio intersint, nec id fieri

fieri solet. Collusores autem alternatim & per vices, suos Milites sigillatim collocant, prout in alterâ Figurâ æneâ quadratâ vides, ubi alterutrius partis duo Milites in 4 Areolarum Angulis in procinctu stantes visuntur. Sed & inter collocandum subinde ad hoc collimant ut (quantum possint) faciant Ocellum ut supra in Diagrammate delineatur, cum id semper sit utriusque partis Scopus: & quicunque facto ejusmodi Ocello potest 4 suis Militibus unum hostilem Militem includere & circumvenire, (ut in dictâ Figurâ æneâ modus capiendi inclusum Hostem docetur & representatur,) illum capit & Captivum dicit, nempe Chinensis Tatarum, aut vice verlâ.

Ut autem magis particulariter hujus Ludi indolem & ludendi modum doceam, uterque Lufor debet habere Orbiculos seu Milites saltem 180, quos prout opus est è Vasculo promit: nam (ut dictum) non est necesse omnes simul in medium adducere. Inchoari solet Lufus circa medium Tabellæ: maxima autem Ars in initio collocandi Milites, & deinceps eosdem promovendi, ita est ut commodè possint aliquem ex Adversariis circumveniendo capere: quâ de causa insidiandi & opportunitatem captandi licentia utrisque Collusoribus est æqualis, dum quisque suâ vice sigillatim tantum unum Militum collocat, idque quantum possit ad insidiandum: nam & inter collocandum alii alios capiunt, nec expectatur donec omnes in Campo Militari collocati fuerint. Hic enim Lodus

dus repræsentat duos Exercitus seu Virorum Agmina pro aliquâ Regione contendentes , & hostes tam omnes quam singulos circumveniendi opportunitatem captantes. Et hâc ratione in procinxtu stantibus Viris Militaribus , supra dicto modo miscetur prælium, ut scil. capiendus Hostis à 4 Adversariis inclusus, (quod vocatur *Oculus*, ) ritè fiat Captivus, cùm non habeat exitum nec fugiendi locum, dum omnes per ipsos Angulos seu linearum intersectiones (& non aliter) rectâ mouere teneantur , ab Angulo in Angulum per ipsas Lineas directè, & non obliquè extra eas: nec potest aliâs erumpere aut evadere , nisi aliquis Angulus sit vacuus & inoccupatus pateat. Ideoque qui alios circumvenire student , omnes Aditus præcludere & occupare necesse habent.

Quando autem faciendus est *Oculus*, si non habet quis in Mensâ qui eum confiant, è Vasculo suo novos promit: & si una aliqua pars Tabellæ seu Campi Militaris nimis occupata sit ab Hostibus , tum suos in aliam partem subducit : sed tunc Hostis eum persequitur , suos etiam ubi cunque placet alternatim collocando , ut alterius Milites vel apertâ vi vel insidiando capere possit. Et tandem quando pleræque partes Campi occupantur ab alterâ parte pugnantium , absumptis & diminutis hujus partis Militibus ita non restet spes vincendi aut evadendi , tum ( si ulterius ludere non libet, ) Lusus finito à Victore proclamatur , *Huan leo*, i. e. *Finitus est* : nam eâdem voce significatur *finis*.  
fini-

finitus, finire, &c. ubi sensus distinctio ex situ in sententiâ & constructione discernenda est; eodem modo ut usâ vocis *Wit* supra docetur. Estque leo Particula ferè expletiva Tempus præteritum notans.

His factis, tandem uterque Luso numerat tam quot Campi partes ipse tunc possideat, quām quoē in aliis Milites habeat superstices: sicut si alter Luso sum indabitate utam aliquam maximam seu majorēnū Campi partem possidet, tunc opus est ut numeret etiam Milites suos, cum de Campo non dubitetur. Et qui phares Campi partes occupat teneatque, dicit, Ego te pars possideo, tu vero pauclius, mihi etiam Militibus, ergo Ego vincor. Sed quādvis quis pauciores Campi partes possideat, istamēnis plures superstices habent Milites, raro (Mercedem) habent. Ex his omnibus conatur, si hunc Lado non esse Castri & Fortanæ subiectum, sed merā petitia gubernari; adeoque non esse dubium quin ab omnibus locis habentur. Notandum etiam, quod Ludi Character à Chinense meo diversimode scriptas est, uti videre est conferendo hanc etim eo qui in Tabula Lado usurpat; quod monendum duxi, ne quis dictam diversitatem à mea incuria processisse putet.

**Ce**llulamq[ue] **HISTO-**